dent. Admonendi sunt enim modi ut considerent nouam non esse fidem in nouo tempore quia ab initio mundi si-
cut nullo tempore defuerunt fideles et illi in Christum. ita ab initio numquam defuerunt sacramenta salutis
que precesserunt in preparatione et signum redemptionis que completa est in morte Christi. Prima namque etate abel
agnum obtulit in sacrificio figuram mortis Christi. Secunda etate noe archam in diluuio gubernauit
sicut Christus ecclesiam inter fluctus temptationum regens mergi non sinit. Tercia etate abraham pro filio
oblato ariete mactauit sicut deus pater unicum filium suum pro salute mundi obtulit in quo tamen diui-
nitate inuiolabili permanente sola humanitas dolorem mortis sustinuit. Per edu-
ctus est populus israel de egipto per mare rubrum in columna ignis et nubis. sicut fideles dei de te-
nebris peccati liberantur renouati per sacramentum baptismi Christi sanguine consecratum ipsum in fide sequentes
in quo est nubes humanitatis et ignis diuinitatis. Quarta etate in terris regnum populi dei sublima-
tur temporale prefigurans eternum. in quo princeps pacis pater futuri seculi fideles suos ad uisionem eterne
pacis introducet. Huius exordium regnum dauid extitit qui per multas tribulationes probatur et glorifica-
tur pacis successorem filium relinquit non occidat quia ad finem pacis quietem peruenire non possunt
qui presentem uitam certamine temptationis et tribulationis uincenda forte non fuerunt. Propter hoc quod in sabbato sancto
pascalis sollemnitatis baptizandi sunt quarta ebdomada quadragesimalis obseruantie que
continue nobis arma ministrat. et quarta eiusdem ebdomade feria cathecizandi et ex-
orcizandi deferuntur ad ecclesiam ubi audiunt et instruendi qualiter contra spirituales nequicias pu-
gnaturi. Et tamen usque in sabbatum pascalis sollemnitatis eorum baptismus differtur. hic attendente
ecclesia quia ad agonem in presenti uita uocantur in spe future quietis baptizantur. Quinta etate populus
pro peccatis suis in babilonem captiuus ducitur. et rursum deo miserante post lxx annos so-
luto captiuitatis iugo ad terram suam reuocatur. quo populus dei qui in hac uita quasi septena-
rio dierum uoluitur uariatur et confusioni subiectus mortalitatis iugum portat. post
finem eius a corruptione liberatur. Sic igitur ab initio nullo tempore sacramenta dei defuerunt quibus
fidei populus ad perceptionem inuisibilium nutriretur et excitaretur ad cognitionem
Ad ultimum sexta etate de uirgine natus est Christus. sicut uero de terra uirgine primus
homo est plasmatus. Ipse quoque qui sicut extimatur quasi omnia ad uirilem etatem peruenisset
tricesimo etatis sue anno a iohanne baptizatus est non necessitate. sed dispensatio-
ne ut lauacrum emundationis sanctificaret. Dehinc apostolos ministros euangelii
conuocans regnum celorum uenturum predicare precepit. et nouissime in summa